



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola V. Andreas Vermadivs Societatis Iesv Presbyter Iusto Baronio  
Veteracastrensi S. P. D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

de Lib. 1. de  
mor. l. 11.  
Cathol. Ec-  
cl. 1. cap. 34.

rè & abundanter in Catholica sit Ecclesia  
vt merito concludam cum Augustino. *I-*  
*stis Manichæi (Euangelici) si potestis obfistite,*  
*istos intuemini, istos sine mendaciosi audetis,*  
*cū contumelia nominate, istorū ieiunijs vestra*  
*ieiunia, castitati castitatem, vestitū vestitū,*  
*epulas epulis, modestiam modestia, caritatem,*  
*deniq; caritati, & quod res maxime postulat,*  
*præceptis præcepta conferte. Iam videbitis*  
*quid inter ostentationem & seueritatem, inter*  
*vitam rectam & errorem, inter fidem atque*  
*fallaciam, inter robur & tumorem, inter bea-*  
*titudinem & miseriam, inter unitatem &*  
*consc. sionem, postremo quid inter superstitio-*  
*nis sirenas & portum religionis intersit. Vale*  
*mi suauissime Gregori, ac breui responso*  
*contentus, veritati locum, mihi veniam*  
*concede. Heidelb. Calend. August M. DC.*

---

EPISTOLA V.

ANDREAS VERMADIVS SO-  
CIETATIS IESV PRESBYTER

Iusto Baronio Veteracastrensi

S.P.D.

**I**N FORTVNIOLITTERARUM meatum in fidei  
certamente deuenisse, optatissime I V-  
STE, intellexi pariter & dolui. Sed credo p-  
fecto, Deum hac machara funem tuæ mo-

RAM-

ra amputare voluisse, teque pariter ac <sup>a Gen. 19. 15</sup> Lo-  
 THVM *cunctantem ac disputantem* violenta  
 manu è Sodomis eripere, ne scrupulosa di-  
 sceptatione torqueres diu spiritum Dei in-  
 tra te, locaresque operam <sup>b Ioan. 3. 9.</sup> *Nicodemo*, quã  
<sup>c Act. 4. 2. 3.</sup> *profitentibus* discipulis locare debueras. <sup>d Gen. 19.</sup>  
 Ecce autem qua te via angelus Domini in  
<sup>e 28.</sup> *SEGOR* deducturus sit. Misimus nos omnẽ  
 causam tuã in urbem: vbi lecta *Pontifici*, le-  
 cta *Baronio*, singulare singulis gaudium ex-  
 citauit. *Baronius* maximè salutis tuæ cupi-  
 dus suadet, primo tempore Pontifici men-  
 tem tuam exponas, eiusq; potius ductu &  
 hortatu emigrationis consiliũ moderere,  
 quam priuato arbitrio, quo & in necessita-  
 tibus postea liberius ad eius præsidium cõ-  
 fugere, & commendationibus ipsius muni-  
 tus honestiorem vsquam locum inuenire  
 possis. Scriberem hac de re plura, quæ iussu  
*Ill<sup>m</sup> Baronij Iosephus Windenius* ad nos per-  
 scripsit, nisi ex nũpero casu timidiorem ca-  
 lamum haberem. Fac igitur cura litteraria  
 ad biduum aut triduum seposita, ad nos ipse  
 excurras, aut si te negotiorum compedes  
 tenent, litteras sine mora in urbem expedi-  
 as, quas nos Pontifici, & quibuscunq; vo-  
 lueris *Cardinalibus* fido *Mercurio* transmit-  
 temus. Vale, Spira Prid. Non. Decemb.  
 M. DC.